Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale Dominicanum - Cod. St. Peter perg. 20

Oberitalien, [um 1250 u. 2. Hälfte des 15. Jh.]

Messformular für Petrus Martyr

urn:nbn:de:bsz:31-27697

Visual Library

Ex munificentia rev[erendissi]mi ac ampl[issi]mi D. D. Philippi Jacobi
monast. S. Petri in silva nigra abbas. A° 17..

S. O. Sperg. 20

S. petri martiris Officium

Protexisti me
deus a conuentu
malignancium
alleluia · a multitudine opa
rancium iniquitatem alleluia ·
Exaudi deus oracionem meam cum de
precor a timore inimici eripe animam meam
Gloria patri · Gloria in excel-
sis · Credo quis · oracio
Praesta quaesumus omnipotens deus ut be
ati petri martiris tui
fidem congrua deuo
tione sectemur qui
pro eiusdem fidei dila
tatione martirii pal
mam meruit ob
tinere · Per · ad thimo
theum · Karissime ·
Nemo militans
deo implicat se nego
ciis secularibus ut ei
placeat cui se proba
uit · Nam et qui cer
tat in agone non

coronabitur nisi qui le
gitime certauerit · La
borantem agricolam
oportet primum de
fructibus percipere · In
tellige que dico · Da
bit enim tibi dominus in omni
bus intellectum · Memor
esto dominum ihesum christum re
surrexisse a mortu
is ex semine dauid secundum
euangelium meum
in quo laboro usque
ad uincula quasi ma
le operans · Sed uer
bum dei non est
alligatum · Ideo omnia
sustineo propter electos
ut et ipsi salutem conse
quantur · que est in christo
ihesu cum gloria celesti ·
Alleluia V. Felix ex fructu
triplici que sub pie mu
nifico ex uirtute multi
plici legit sancto dominico ·

Alleluia v. Surrexit pastor bonus qui posuit animam suam pro ovibus suis et pro suo grege mori dignatus est. Sequentia sancti evangelii secundum lucam.

In illo tempore dixit iesus discipulis suis. Si quis vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam quottidie et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere perdet illam. Nam qui perdiderit animam suam propter me salvam faciet illam. Quid enim proficit homini si lucretur universum mundum se ipsum autem perdat et detrimentum sui faciat. Nam qui me erubuerit et meos sermones hunc filius hominis erubescet

cum venerit in maiestate sua et patris et sanctorum angelorum. Offertorium. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso vitam petiit a te tribuisti ei alleluia. Secreta.

Preces quesumus tibi domine offerimus intercedente beato petro martire tuo deuoti intende et propugnatores fidei sub tua protectione custodi. Per dominum. Communio. Ego sum vitis vera et vos palmites qui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum alleluia. Postcommunio.

Fideles tuos domine custodiant sacramenta que sumpsimus. et intercedente beato petro martire tuo contra omnis adversos tueantur incursus. Per dominum nostrum ihesum christum etc.

De sancta helena

Deus qui beatam helenam reginam
de constantinopoli in ierosolimam
accedere fecisti et in eodem loco
lignum sancte crucis domini nostri ihesu
christi invenire ei tribuisti da
nobis quesumus ut cuius hec memoriam
agimus eius intercessionibus adte
venire valeamus Per

Munera quesumus domine oblata sanctifica
ut beate helene regine tue
suis precibus maculis nos
mentis purifica Per

In veniat quesumus domine helena
regina famula tua peccatoribus
veniam ut aspectu oculis ab
soluti ad gaudia pertingere me
reantur eterna Per

Omnipotens et misericors deus qui
sanctos et electos tuos georgium
blasium erasmum panthaleo
nem vitum cristoferum dyo
nisium ciriacum eustachium ach
acium egidium katherinam
margaretham barbaram
specialibus privilegiis de
coratos tribue quesumus ut omnes
qui in necessitatibus suis
eorum implorant auxilium se
cunda tue promissionis
graciam petitionis salutare
consequantur effectum Da no
bis quesumus nostrorum veniam peccatorum
et intercedentibus me
ritis ab omni adversitate
et depravationes benigne
exaudi Per